

nam prius adhibendum esse, nec concionandi provinciam ante suscipi debere, quam ad spiritualis, et corporeae aetatis perfectionem ventum fuerit. D. Augustinus (*l. 3. de mir. sac. Ser. cap. 5*) egregiam aliam assignat, dicens, Christum esse baptizatum, ut se daemones occurreret, existimanti illum ad baptismum accessisse tamquam lavacro, et purgatione indigentem, sicut olim legitur Samuel fecisse, qui se venisse dixit ad sacrificandum Domino, ut populo interroganti causam sui adventus, unctioem Davidis, quem in regem facere veniebat, melius occultaret. Tandem aliam adiungimus causam, quod baptismus Ioannis quaedam sacra fuit caeremonia, baptismi Christi quasi praeparatoria. Ut autem Christus doceret sacras caeremonias non esse abiectas, sed religioso animo suscipiendas, eas ipse prius colit, et suscipit. Sunt namque sacra caeremoniae valde necessariae; perinde enim se habent respectu mandatorum, ac cortices, et folia respectu fructus: haec enim ad illum illaestum servandum natura providit, unde videmus, quod quia ficus mollior, et delicatior est, daris admodum foliis illam cooperit; amygdalinum vero fructum non nisi parvisisimis, et tenuissimis, quia cum delicatior esset, oportebat illum alio duriori cortice indere, quo indutus folii protectione non indiget. Ceterum iam exploremus, quomodo se habuit Ioannes in collatione sui baptismi, et Christus in eius susceptione: Ioannes autem, inquit Evangelista (*Matt. 3*), prohibebat eum: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Hic oblatrat impius Brentius, quod imprudenter se gesserit Ioannes, Christum baptizari renuens: sed ipse sane, qui imprudentiae morbo laborat, digna quae laude sunt mordaciter vituperans. Sicut enim obstinata comprehendit solet importunitas, in modesta comprehendere debet Ioannis urbanitas: nam ut mater eius a Virgine visitata, admirabunda praedixit (*Luc. 1*): Et unde hoc mihi, ut Mater Domini mei veniat ad me? ita Ioannes Christi Domini maiestatem probe agnoscens, ab eo in Iordane visitatus, ut ab eo baptizaretur, stupens dixit: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Hae enim ratione magis innolescere faciebat Christum populo, cui tantum honoris Ioannes deferrebat. Ceterum Christus Dominus, quia a Ioanne baptizari decreverat, respondit ei (*Matth. 3*): Sine modo: sic enim oportet nos implere omnem iustitiam, hoc est, verbum, et exemplo; opera, et sermone humilitatem docere, et sacras caeremonias, non solum, quae sunt in praeecepto, sed in consilio, admissum observare, et debitum eius honorem deferre. De modo autem, et quomodo Christus ablatus fuit, apud Abulensem (*super Matth.*) reperi, baptismum fuisse per immersionem: unde Caietanus ibi inferi, non ergo per aspersionem, aut desuper infusionem, sed per solum immersionem corporis baptizatus est Christus a Ioanne. Est autem etiam per se manifestum, quod si forma, sub qua Ioannes baptizabat, erat in nomine Christi venturi, hanc non exhibuisset in baptismo Christi: an autem forma usus fuerit, vel qua, solus Deus novit. Ut tamen mira Christi humilitas, et sin-

gularis Ioannis dignitas, dum Christum baptizat, magis elucescat, obsecro contempleris, Christum non solum, ut privatam hominem, sed in eo omne genus humanum, tamquam in capite constitutum. Quid enim celebris, aut admiratione dignius spectaculum exogitari potest, quam Christum verum Deum, et hominem, totumque genus humanum supplex a Ioanne Iordanis caeremoniam, mundationem significantem, postulare? Plane postulavit Christus, sed etiam homines in Christo: quia nec Deus ex se postulare mundationem poterat, nec homo ex se solo eam impetrare. Deus ergo existit in homine, ut possit postulare, et homo postulat in Deo, ut possit impetrare. Non erat Deitatis aliquo egere, non erat humanitatis gratiam promereri; iungitur tamen Deitas cum humanitate, ut Deus petat, et homo promeratur.

### HOMILIA III.

*De excellentia huius mysterii mira in Patribus dicuntur, et variae eius circumstantiae multiplici eorumdem Patrum eruditione illustrantur.*

Excellentiam huius festivitatis contemplantur d. Augustinus (*serm. 36*) singularem quandam, ad inauditam ad eius commendationem exogitavit similitudinem. Comparat enim baptismum Christi esse eius nativitate, in haec verba: Natalis hodie alter est quodammodo Salvatoris: nava isidem cum signis, isidem miraculis cognoscimus eum genitum, sed nunc maiori mysterio baptizatum. Denique Spiritus sanctus, qui tunc illi in utero adsuit, modo eum in gurgile circumfalsit: qui tunc Mariam existificavit, nunc fuenta sanctificat. Pater, qui tunc obumbravit in virtute, nunc clamat in voce: et quasi maturiore consilio qui tunc umbram praestitit nativitati, modo testimonium praebet veritati. At enim Deus: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: haec ille. Quod si quaeras ab Augustino, utra nativitas praeclearior fuerit? his verbis respondet: Praeclearior est secunda, quam prima nativitas. Probat sic: Illa enim sine teste, silentio Christum genuit: ista cum divinitatis professione Dominum baptizavit: ab illa se Ioseph, qui pater putabatur, excusat: in hac se Pater, qui non credebatur, insinuat; ibi laborat suspensioibus mater, quia professio nunc dicitur pater; hic honoratur genitrix, quia divinitas Filium protestatur. Honorator, inquam, secunda, quam prima nativitas: siquidem Pater hic Deus maiestatis inscribitur; illic Ioseph artifex aestimatur. Et licet in utraque Dominus per Spiritum sanctum et natus sit, et baptizatus; tamen honorator est, qui de coelis clamat, quam qui in terris laborat, id est Ioseph; haec Augustinus. Hanc comparationem videtur mihi s. Augustinus didicisse a magistro suo d. Ambrosio, qui ad catholicam religionem eum convertit: ille enim (*serm. 1 de Epiph.*) ait: Hanc

festivitatem natalem appellandum puto; tunc enim natus hominibus, hodie renatus est sacramentis: tunc per Virginem editus, hodie per mysterium generatus. Cum secundum hominem nascitur, mater eum sinu circumfovet; cum secundum mysterium gignitur, Pater eum Deus voce complectitur; haec d. Ambrosius. Verum et aliunde etiam excellentiam huius mysterii venari possumus. Nam antea Filius Patris in sinu delitescens, et in humana etiam natura iam assumpta absconditus adeo erat, ut etiam inter homines degens ab eis non agnosceretur, Ioanne dicente (*c. 1*): Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Latebat quidem sub carne Deus, sub nube sol, sub concha pretiosissima margarita, sub agro thesaurus, sub modio lucerna ardens, et lucens. Ait autem Spiritus sanctus (*Eccl. 20*): Sapientia absconsa, et thesaurus invisus quae utilis in utrisque? Hinc igitur excellentiam huius festivitatis nobis innotescit, quod universus terrarum orbis nihil fidei, spei, charitatis, gratiae, et aliorum supernaturalium donorum percepisset ex Christi mira sapientia, thesauroque opulentissimo, si hominibus ignotus semper in terris latuisset. Baptizatur ergo Christus in publico, ut publicam sui manifestationem faciat, ut non obscure indicant verba d. Ioannis, dum ait: Ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Unde quemadmodum prius lucifer respendet, deinde sol lucis suae radios in orbem diffundit; sic prius Ioannes luciferi instar fulsit, post eum vero sol splendidissimus Christus, fulgorem suum per Iudaeam sparsit, summo splendore illam irradians. Qui enim splendidiores radii esse possunt portentes illis, quae in Iordane visa sunt? obseratae coeli portae panduntur, nave columba Spiritum sanctum demonstrans e coelo in Christum devolat, et vertici capitis eius insidet, vox admirabilis insonat: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Hi omnes radii sunt fulgentissimi: nam licet baptizatus humilitatem non modicam praeseferebat, divinitatis tamen suae indubitata indicia, verisimaeque signa nobis patefecit. Unde si signum petunt de coelo Iudaei, non signum unum, sed plura habent caelitus demissa, quae tamquam radii splendidissimi solem, qui obscura carnis nube tegebatur, demonstrant. Latuerat haecenus summus mundi doctor, et ad trigesimum usque annum siluerat, exceptis paucis verbis, quae, cum esset duodecim annorum, inter doctores a Matre reperitus, locutus est. Quomodo rogat eum Bernardus (*serm. 1 de Epiph.*): Quomodo dissimulas? quantumdiu virtus, et Dei sapientia quasi infirmus aliquis, et insipientis latet in populo? quantumdiu nobilis rex: coeli fabri filium te patris appellari, pariter et reptari? Magno Bernardo respondemus, siluisse Dominum usque ad aetatem triginta annorum, ut hanc nos praedicationi congruentem esse doceret, ut gravissimi Patres attestantur. Cyprianus enim, vel quicumque est antiquissimus ille auctor de operibus cardinalibus Christi, ait trigesimi anni aetate tempus doctrinae insinuationem esse rationabile, et ante has metas perperam invadi magisterium: data est forma,

quia non competit impubibus sedere in cathedra. In primogenitis namque aratio lege est interdicta. Eld. Gregorius Nazianzenus (*de Baptis. Christi*) huic eidem sententiae subscribens, inquit: Christus baptizatur annus agens trigesimum, et tu ante lanuginem senes doces, aut docere te posse credis, nec ab aetate, nec a moribus fortasse auctoritatem habens? Ac deinde Daniel profertur, ac nonnulli alii in iuvenili aetate iudices, atque in lingua exempla versantur. Quisquis enim inique agit, ad sui defensionem promptus, et paratus est. At pro Ecclesiae lege nequaquam censendum est, quod raro accidit, quandoquidem nec hirundo una ver efficit, nec Geometram una linea, nec navium una navigatio, et. Hinc tandem est, quod d. Gregorius Papa (*hom. 1. in Ezechiel.*) docet, nullum debere esse praedicatorum, vel Episcoporum minorem triginta annorum, nisi evidentissima sanctitas, aut prudentia superaret aetatem, sicut accidit Ioanni Evangelistae, Tito, et Timotheo.

Porro iam nonnullas huius mysterii circumstantias attente scrutemur. Locum prima occurrat discutienda: Venit enim, Ioannes ait, evangelizans in omnem regionem Iordanis. Potuisset sane Ioannes divertere ad fontem aliquem, ut homines baptizaret. Si enim in Actis Apostolicis legitur Eunuchum reginae Candacis Aethyopum a Philippo baptismum, cum venissent ad quandam aquam; manifestum est, satis utique fuisse fontem, ut Ioannes quoscumque ad se venientes baptizaret. Sapienter tamen copiosum Iordanis flumen elegit. Primo, ut ingentem esse sordium cumulum populi Hebraei manifestaret, adeo ut non quaequam quantitas aquae sufficeret, sed magna copia opus esset: quia quanto plures sordes, tanto maior aquae abundantia ad eas delendas necessaria est. Unde optime d. Petrus Chrysologus ait: Venit Ioannes ad Iordanem, quia Iudaeus sordes non poterat hydra iam lavare, sed flumen per poenitentiam, et fidem. Secundo, ut ingenti illa aquarum exuberantia praesignificaret, divinarum charismatum copiam per aquam baptismi Christi in lege gratiae communicandam, iuxta illud, quod dixerat Ezechiel (*c. 36*): Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Tertio, quia locus illic congruebat mysterio, ait enim Ioannes (*c. 2*), quod baptizabat in Ennon, iuxta Salim: haec enim verba explicans doctissimus Simon Cassianus ait: Solertius etiam locum Evangelista diseruit, qui iuxta Salim erat oppidum, et trans Iordanem, ubi Melchisedech sacerdos Dei summi longe ante regnaverat, qui panem, et vinum Abrahae a caede regni revertenti obtulit, et ab ipso decimas oblatas accepit, ut sacramenta in unum convertere crederent, et exprobre omnia in salutem, et veteres figuras, delectaque veritates ad se invicem versa vice conveniant; haec ille. Quarto Iordanis flumen Ioannes prudenter elegit, quia, ut scribit eruditus Adrichomius (*in descriptione tribus Benjamin*), ille locus erat, per quem in terram promissam Israelitae introierunt. Unde ait, cum Ioannes dixit, Potens est Deus de lapidibus istis succurrere se-

nos *Abraham*, ad lapides illos respexisse, quos Iosue ex flumine Iordane extrahi iussit, ut haberet Iosue quarto. Manifeste ergo constat, Iordanis locum ob hanc praecipue rationem mirifice quadrare, tum respectu Christi, tum nostri: nam ut Iosue in Iordane exiit (cap. 4), et similiter sacerdotes, ita in Iordane Iesus et Ioannes exierunt; Ioannes quidem velus, et ultimus sacerdos, Christus primus, et novus. Et sicut in alveo Iordanis duodecim lapides positi erant, Prophetas omnes usque ad Christum praefigurantes; ita et alii duodecim erant ultra Iordanem, qui duodecim Apostolos, post baptismum Christi, in cruce aperitionem coeli ante obserati praedicatorum praenuntiabant. Deinde etiam respectu nostri consentaneus erat ille Iordanis locus: tum quia sicut in illo olim Naaman Syrus iussu Elisa septies lotus a lepra mundatus fuit; ita nos in Iordane baptisimus, quem divinus Eliseus Christus Dominus suscipiendum praecipit, a peccati lepra mundamur, et septiformi Spiritu sancti gratia decoramur, septena Naamanis lotionem figurata. Tandem sicut perit Pharaon, et exercitus eius in mari rubro, antequam populus Hebraeus transiret Iordanem; sic in baptismum torquetur diabolus, et perit eius imperium, et peccata nostra suffocantur.

Sed iam lucusque dicta Patrum testimoniis illustremus, et confirmemus. D. Ambrosius (sermone 21): *Iordanis*, inquit, *conversus est retrorsum. Puto mirabilis esse, quod Domino ibi constituto factum est. Ante enim aquae retrorsum conversae fuerunt, modo peccata conversae sunt. Et sicut tunc impetum fluminis alticus sui cursus perdidit, ita et nunc impetus peccatorum dominum erroris sui amisit. Quod quidem in propheta Elias illo tempore factum fuit: sicut enim Elias in Iordane divisionem fecit videram, ita et Spiritus Domini in eodem Iordane separationem operatus est peccatorum. Ille stans fluente praecipit, hic crimina; haec d. Ambrosius. Audiamus nunc angelicum Doctorem Thomam (3. p. q. 39. art. 4) in hunc modum loquentem: *Fluvius Iordanis fuit, per quem filii Israel in terram promissionis intraverunt, hoc autem habet baptismum Christi, quod introducit in regnum Dei, quod per terram promissionis significatur. Unde dicitur Ioannis (c. 3): Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei. Ad quod pertinet, quod Elias (4. Reg. 2) divisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in caelum, quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi per ignem Spiritu sancti patet aditus. Tandem de eodem loco baptismi adnotare placet, quod scribit Beda (de locis sanct. cap. 13) in haec verba: *In loco, in quo Dominus est baptizatus, erux lignea est usque ad collum alta, quae aliquoties aqua transcendente absconditur, a quo loco ripa ulterior, et dicitur Orientalis, in tactu fundae est: superior vero ripa, in superio monte, grande monasterium gestat, beati Ioannis Baptistae ecclesiam clarum, de quo per pontem arcibus suffultum ascendere solent ad illam cruceam, et orare. In extremae fluminis parte quadrata Ecclesia quatuor lapideis caneris superposita est. coctili e-***

*recta desuper posita, ubi vestimenta Domini cum baptizaretur, reposita esse dicuntur: haec omnes non intrare, sed undique circumgredi solent; habitus venerabilis Beda.*

Secundam circumstantiam nobis indicant verba illa Lucae (c. 3): *Iesus autem erat quasi incipiens triginta annorum.* In quorum expositione quot capita, tot video Patrum sententias. D. Hieronymus (in Ez. 1), Augustinus (lib. 3. de mirab. sac. Script. cap. 5), Nazianzenus (orat. 39. et 40), Epiphanius (haer. 5), Thomas (3. p. q. 39. art. 3), Theophylactus, Eusebius (lib. 1. hist. c. 10), Abulensis (sup. Matth. 3), et Lyranus (in hunc locum), hi omnes Patres dicunt verbum illud quasi pro fore positum esse, sicut apud Ioannem sumitur, dum ait: *Discubuerunt viri numero quasi quinque milia: quod autem dicitur, erat incipiens, continuationem quandam involvit, unde perinde aiunt fuisse, ac si diceret: nondum attinger annum trigessimum completum, cum baptizatus fuit; decurrerat tamen aliqua pars illius trigimesimi anni, ut aliqui volunt ex praecitati. Unde Irenaeus (l. 2. cap. 39) dixit: *Ad baptismum venit, qui nondum triginta annos superleverat, sed qui inciperet esse, tanquam triginta annorum.* Fundantur autem omnes isti Patres in voce illa, quasi, qua proprius, et frequentius ad imminuendam, quam ad augendum ulitur. Ergo cum dicitur Christus quasi triginta annorum, sensus erit, quod nondum illos expleverat: immo existimat noster Lyranus, quod de trigesimo anno solum tunc natus fuisset Christus Dominus tresdecim dies; licet Epiphanius dicat altigisse decimum mensem trigimesimi anni. Secundam sententiam tenent Beda (lib. de ration. temp. c. 45), Ignatius (ep. 5. ad Tra.), Chrysostomus (hom. 10. in Matth.), Enthyminus, et Bernardus (ser. 1. Epiph.), dicentes, Christum iam implevisse trigessimum annum, et incepisse trigessimum primum per aliquot menses, aut saltem dies, quando venit ad baptismum Ioannis: sic enim ait d. Ignatius: *Expletis tribus annorum decadiibus vere baptizatus est. Nec iuvat quorundam recentiorum expositio, dicentium hos Patres non voluisse significare trigessimum annum iam perfecte esse completum, sed loquutos fuisse iuxta vulgarem loquendi rationem, secundum quam proprie dicitur aliquid actum esse expletis triginta annis, etiam si durante anno trigesimo factum sit, sicut apud Lucam (c. 2) dicitur: *Postquam consummatum sunt dies octo, ut circumcideretur puer, cum tamen durante octavo die fuerit circumcismus.* Sic et Christus dixit (Matth. 27): *Post tres dies resurgeturam*, cum tamen ipsa die tertia esset resurrecturus: haec enim solutio licet veram dicat, non tamen potest hic habere locum, quia Patres praecitati disertis verbis trigessimum annum esse iam expletum edocent contra sententiam aliorum, qui non expletum esse autumabant. Tertiam sententiam docent alii, cum Caetano aientes, Christum ad baptismum Ioannis anno vigesimo nono suae aetatis, antequam illum expleret, prope finem tamen illius venire; videlicet favere hinc opinionii forma ipsa locutionis, nempe ipse erat incipiens quasi annorum triginta, quae significare videtur,**

nondum incepisse trigessimum, sed iam prope ad illum accessisse.

Quartam sententiam docuit Origenes, qui aliam viam ingressus, post verbum illud, *incipiens*, ponit punctum, et separatim legit, *quasi annorum triginta*, ut videri possit; Lucam verbum *incipiens* non retulisse ad annos, sed ad praedicationem, et ostensionem suae exordium, ut hoc respondeat illis, quae dicuntur (Act. 1. et 10) Iesum coepisse praedicandi munus a baptismio Ioannis, cum erat triginta circiter annorum. In tanta sententiarum varietate duo mihi videntur certiora. Primum, quod quomodocumque legantur illa verba, sensus est, quod non praecise, et absolute Christus Dominus habere tunc triginta annos, sed aliquid minus, vel amplius, hoc est dies tresdecim, ut Caetanus, et Lyranus adnotant. Secundum est, conformius rationi esse, quod tunc nondum completus haberet triginta annos, sed per aliquot dies distasse, ab inceptione trigimesimi primi. Moveor ad hoc, tum propter verba d. Lucae, quae hoc manifeste indicant, dum ait (Luc. 3): *Iesus autem erat quasi incipiens triginta annorum:* praesupponit ergo non habere illos expletos; tum quia Ecclesia Romana in Rituali, quod Ordinarium Romanum appellant, ait: *Expletis namque Christus quasi triginta annorum curriculum, venit ut baptizaretur:* illa etiam videtur Eusebio (lib. c. hist. c. 10), Onuphrio (in East. anno orbis 786), et Lyrano (in Luc. 3).

Tertia Christi baptismi circumstantia fuit, quod ei aperti fuere coeli: *Ecce coeli aperti sunt*. In quorum verborum elucidatione antequam ulterius progrediar, breviter examinare oportet, quomodo haec coelorum apertio intelligenda veniat, cum revera coeli tunc nullam protus divisionem, aut partium discontinuationem receperint: cum enim in sacris litteris saepe repetatur, apertos fuisse coelos, si huiusmodi apertio divisionem indicaret, oportuisset saepissime fuisse divisos. Divus Hieronymus (in c. 3. Matth. et cap. 1. Ezech.) ait, divisionem quidem tunc fuisse, sed non in coelis, sed in eorum effecta: quia sicut ingenti aquarum inbre de coelo decedente dixit sacra Scriptura, *Cataractae coeli apertae sunt*: sic quia columba Spiritum sanctum referens descendit de coelo, aeream ipsam, per quem descendebat, dividens, ideo ait Evangelista apertum fuisse coelos. Super Ezechielis autem primum capitulum omnino diversam expositionem adhibuit: ait enim in tantum coelos fuisse tunc apertos, in quantum fide vera credimus, Christum Dominum per baptismum, et mortem suam coelos, quos peccata nostra obserrant, aperuisse. Hanc interpretationem sequutus est d. Thomas (3. p. q. 39. art. 3), et in eandem recidit aliorum expositio, qui dicunt apertionem illam fuisse imaginariam, non realem. Alii autem existimant nomine coelorum intelligi ibi aeream, ut non semel in sacra Scriptura accipitur: sic enim ea voce Christus usus est in parabola seminis, cum ait (Luc. 8): *Volutres coeli rapiunt illud.* Aperiri ergo coelos aere apertionem denotat, non quia revera partes aere discontinuarentur, sed quia partibus dextris, et sinistris magis condensa-

lis intermediis rariores factae, et magis diaphanae, clariores apparebant, unde partes dexterarum videbantur a sinistris divisae. Alii opinantur, quod tunc temporis, cum Christus baptizabatur, supervehit nubes, quae propria sui divisione, et ruptione, coelorum apertionem per Christum in baptismum illam facere incipientem indicabat. Olim enim coeli clausi erant, et solus Deus clavifer erat: ad quod significandum ipse (Levit. 26) dixit: *Dabo vobis coelum ferreum*, id est, quasi ferreis secis obserratum: et d. Lucas (c. 4) inquit: *Temporibus Eliae clausum est coelum.* Et hinc est, quod non ignorantes antiqui Patres hanc coelorum clausuram, frequenter clamabant, Utinam dirumperes coelos, et descenderes. Petitio haec impleri cepit in Christi adventu, sed latentius; in baptismum vero manifestus, dum coeli aperti dicuntur. Non absque singulari mysterio existimo factum, ut Deus custodem ad fides paradisi non constituerit tigrim, leonem, leopardum, vel certe angelicum aliquam spiritum, aereum ensem districtum in manu tenentem, sed igneam, et flammigerum gladium: quia cum ignis, lametis summa activate vi geat, tandem aquam inundatione vincit; cere per id significabit, omnem ignem peccatorum nostrorum coelum nobis penitus occultudent, baptismi aqua per Christi baptismum sanctificata omnino superandum, et extinguendum fore. Unde sicut tunc elementum ignis paradisi clausit, nunc elementum aquae per Christi gradium illum aperit. Unde d. Ioannes dicit se vidisse coelum apertum: *Vidi ostium apertum in coelo*, et audisse vocem inde sibi dicentem: *Ascende huc*, et capite vigesimo primo ait, civitatem illam sanctam duodecim portantes portas habere nunquam deinceps obserrandas: *Et portae eius non claudentur.* Sed interrogabit quispiam, et merito: Quid est, quod in baptismum Christi coeli coeruleantur aperti, in morte vero eius non nisi nova obserrantur clausi? cum e contra videretur consentaneum magis rationi esse, ut tempore mortis Christi, quo Christus etiam latro in apertum paradisi, coeli aperti apparet. Bifariam responderi posse arbitror. Primo, quod in baptismum aperti sunt coeli ad manifestandum ius, et meritum Christi, ratione cuius praedestinati omnibus apertis erant. In die vero mortis licet revera coelorum ianna patere inciperet, quia tamen dies irae, et ultionis erat, ut praedixerat Isaias (c. 63), quo Deus de peccatis nostris in Filio suo vindictam sumebat, ideo non oportebat, ut coelorum apertio aliqua apparet, sed potius via, qua iter ad illud caliginosis tenebris occultaretur. Secundo ex eodem textu facere satis possumus propositae interrogationi. Ait enim, aperti sunt ei coeli. At cum Dominus moritur, dicit: *hodie mecum eris in paradiso.* Igitur cum baptizatur, altus ei coelos aperire dicitur; ad eum moritur, ipse aperit, non sibi, quia sibi iam erant aperti, sed omnibus peccatoribus vere poenitentibus.

Quarta circumstantia fuit descensus Spiritus sancti in specie columbae super Christi caput. Prins tamen, quam sacramenta, quae in hac

descendente columba delitescunt, aperire incipiam, operae pretium duxi, verane, an apparet fuerit illa columba, enucleare. Angelicus Doctor (3. part. quaest. 39. artic. 7) docet veram fuisse: cuius sententiae fuit etiam divus Anselmus (super capitulum tertium Matthaei), et prius illi divus Augustinus (lib. 2. de ag. Christ. cap. 22); ubi tradit, quod sicut indecens fuisse Verbum divinum in corpore apparuisse ficto, non vero, id enim alienum videbatur ab eius veritate; propter eandem etiam rationem non decebat Spiritum sanctum, quia Spiritus veritatis est, in fide columba, simulataque descendisse. Unde existimat miraculose creatam fuisse columbam, quae suo munere functa continuo in eandem, ex qua coaluit, materiam conversa evanuit. Tamen ipse divus Augustinus (Epist. 102) latissime simulatam, non veram fuisse columbam: quam sententiam seculi etiam fuisse divus Ambrosius (lib. de sac. cap. 5), divus Chrysostomus, et Theophylactus (super capitulum tertium Matthaei), nec non doctissimus Iansenius. Et videtur plane haec sententia conformior sacro textui, dum non vocat illam absolute columbam, sed quasi, vel tanquam columbam, licet inficis non eam, particulam quasi diminutionem non semper significare, ut constat ex verbis Ioannis (c. 1): *Videmus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre*. Novimus etiam saepe olim angelos in specie humana comparuisse, et nullus unquam dixit canem illam fuisse veram, sed apparentem: eadem igitur ratio est de columba. Deinde, quia cum columba illa Spiritus sancti personam repraesentaverat, et pedibus suis verticem capitis Christi tetigerat, ut tradit Optatus Milevitanus (lib. 4. con. Parmen.), indecens sane erat, quod in consorcio maneret reliquorum, turpissima quoque contingere exposita. Nec enim est quod dicamus, cum primo munere suo functa fuit, occisam a Deo: corruptio enim, sicut et generatio rerum ab auctore naturae naturalibus causis credita est. Ac tandem, quia cum munus illius columbae esset personam Spiritus sancti, et Christi innocentiam referre, ad quod satis erit esse apparentem, nulla nos cogit ratio, ut veram fuisse arbitremur. His praelibatis ad rem propius accedentes, magnus Pater Hieronymus, nec non et Chrysostomus, et divus Antoninus tradunt, propter egregias proprietates, quibus praedita est columba, Spiritum sanctum in eius specie descendisse; quia tamen de his copiosis nos spectat sermo, in sequenti homilia habendus, de ea solum disserere nunc contentus ero, cuius meminit Aristoteles (lib. 6. de hist. anim.), quae ad rem nostram mirum in modum facit. At enim columbam foecundissimam esse, unde decies in anno filiorum procreationi vacat, et saepe pluries, si regionis temperamentum calidum sit. Apparuit ergo Spiritus sanctus tempore baptismi sub specie columbae, ut nandarum aquae baptismi ad filios Dei regenerandos foecundissimam virtutem praemonstraret. Ita id interpretatur d. Thomas (in cap. 2. Ioan.), et faveit non parum illud Genesis: nam ubi nostra vulgata veritit, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, alia versio habet, *Spiritus san-*

*etus incubabat super aquas*, sumpta metaphora ab avibus, qui suis incubantes ovis filiorum prolem in lacem edunt. Unde d. Basilus (in suo Hexam.) inquit: *Spiritus Domini ferebatur super aquas, quibus vitam foecunditatem praebat: et s. Hieronymus (ep. 83. ad Ocean.): Nascentem, inquit, mundum in figura mundi parturiebat*. De hac filiorum multitudine, quam sancta mater Ecclesia ad baptismi aquas procreata erat, intelligenda sunt verba illa prophetae Baruch: *Exurge Hierusalem, et sta in excelso, et circumpice ad Orientem, et vide collectos filios tuos ab Oriente usque ad Occidentem*: quia revera per has omnes regiones baptismatis fons aquas per Christum in Jordane sanctificatas late, et copiose diffundit. Tandem in sacro hoc baptismi mysterio illud etiam observandum venit, quod plane videtur Deum voluisse purificationem minoris mundi, hoc est hominis, persimilem fore purificationi maioris mundi, per diluvium factae: sicut enim in illa haec tria concurrerunt novimus, aquam, columbam, et ramam, ita totidem in hac concurrunt, nempe baptismi aqua, ramus sanctificatae olivae, et ceraceae intelligit, unde virtutem abluendi mutat, et absque felle Columba Spiritus sancti, qui per suam substantiam menti baptismi illabitur. Unde d. Hieronymus (ep. 83. ad Ocean.) sapienter admodum dixit: *Pecat mundus, et sine aquarum dituro non purgatur, statimque columba Spiritus sancti, quasi ad Nos, ad Christum in Jordane decolat, et ramo refectiois, ac luminis pecem orbi annunciat: et d. Ambrosius (serm. 111) inquit: Intelligo mysterium, agnosco sacramentum: columba enim ipsa est, quae nunc ad Ecclesiam Christi in baptismo venit, quae quondam ad arcam Noe in diluvio properavit*. Quod si quispiam interrogaverit, ut quid columba illa non manibus, non brachiis, non humeris, sed Christi capiti inderit: duplex huic quaestio adhiberi potest responsio. Prima, quia Christus Dominus decreverat peracto baptismi in deserto pergere, ut ibi ieiunio, et orationi vacans, et tanquam in palastram hostem ut descenderet provocatus, de quo sibi gloriose triumphandum erat, superaret. Spiritus ergo sanctus quasi has Christi generosas cogitationes apprehans, capiti, quod cogitationum officina est, inderit. Secunda, quia cum aeternus Pater dedisset nobis in praecceptorem, et magistrum Christum Dominum, dicens, *ipsum audite, voluit ipse, ut solent Decani in academicis, doctoratus, et magisterii gradum illi confertus, insigne candidam, candidam scilicet Spiritus sancti columbam super caput eius apponeret*.

Ultima baptismi circumstantia, vox coelo delapsa illa fuit (Matth. 3): *Ille est Filius meus dilectus*. Divus Basilus (super Psalm. viges. oct.) verba illa, *vox Domini super aquas, vox maris intonavit*. Huic mysterio in hunc aptum modum: *Ioannes baptizans illum, et Deo maris intonavit. Vixit enim vox e caelo, dicens: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*. Eusebius Caesariensis (lib. 9. de demonstr. Evang. capit. 6) illud Isaias (c. 31): *Ipsi videbant gloriam Domini, et decorem Dei nostri: et iuxta septuaginta Interpretes,*

*Populus meus videbit gloriam Domini, et altitudinem Dei*, in haec explicata verba: *Puto Salvatoris nostri ad baptismum accessum significari illis verbis: et populus meus videbit gloriam Domini, et altitudinem Dei*. Tunc enim visa est Salvatoris nostri gloria, cum ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei caeli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, cum vox quoque de caelo audita est. Verum iam quo illa honorificentissima epitheta, Filii, et Dilecti, hic est Filius meus dilectus, alius contempler. D. Paulus filii nominis dignitatem contemplant, de Christo loquens (ad Hebraeos 12) ait: *Tanto maior angelis effectus, quanto prae illis excellentius nomen haereditavit. Cui enim anquam angelorum dixit, Filius meus es tu? Licet autem aliquando angelos filios vocaverit, ut habetur Ioh. primo, cum enisisset filii Dei, id est angeli, ut assisterent coram Domino: bene enim homines eadem nominis appellatione honoraverit, dicente Ioanne (c. 1): Dedit eis potestatem filios Dei fieri; longe tamen diversa est haec filiatio ab illa: haec enim adoptionis, illa naturalis est, in qua nec simile visus est, nec habere sequentem. Quod ut magis innoscat, observare oportet, illum proprie dici naturalem filium, qui de substantia Patris, et in similitudinem naturae illius signitur: unde cum solus Christus Dominus sit splendor Patris, et figura substantiae eius, ut Pauli verbis utar, ac proinde sicut per figuram prototypus cognoscitur, ita per Christum Patrem, ipso dicente (Ioan. 14): *Philippe qui videt me, videt et Patrem meum; manifeste liquet, ipsum solum naturalem Patris filium esse, alio vero adoptivum, ut qui naturae non consubstantiales, ut ille, sed participes, et consortes tantum sint, ut divus Petrus loquitur (2. Pet. 1): Divinae consortes facti naturae. Secundum nomen, Dilecti, quo Pater filium cognominavit, consentaneum adeo ei est, ut saepissime Sponsa illud usurpet. (Cantic. et capit. 1. 7): *Veni dilecte mihi, et ego illi: et (capit. 4): Veniat dilectus meus: et (capit. 1. 7): Veni dilecte mihi, et (Isaias capit. 26): Cantabo dilecto canticum patris: et regius Vates (Ps. 28): *Dilectus quemadmodum filius uniconium; et Psalmo 44, secundum septuaginta Interpretum versionem hunc praefixit titulum, canticum pro dilecto*. Vocatur in primis dilectus Patris, quia infinito amore ab eo diligitur. Pro cuius maiori intelligentia praesupponere oportet, in Christo multiplicem vitae differentiam considerari posse: vivit enim vita divina, et increata, quam Pater ei per aeternam generationem communicavit: vivit vita gratiae unionis hypostaticae, per quam vita ipsa Dei increata, hoc est, Filius, humanitati eius illapsus fuit, de qua ipse loquens ait (Ioan. 6): *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: vivit vita gratiae habitualis, quam prae omnibus copiosissimam obtinuit, dicente David (Psalm. 44): Unxit te Deus tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis: vivit vita beatifica, et gloriosa, qua frui coepit ab instanti suae immaculae conceptionis. Cum ergo aeternus Pater sit essentialiter vita, et fons totius vitae (Ps. 35): *Aptus te est fons vitae; hinc est, quod cum*****

in Christo Domino tantam vitam multipliciter splendescere cernat, singulari dilectionis pondere propter omnem, et singulas illas in eum fertur; et ideo merito Christus dilecti nomine prae omnibus donari merebatur, adeo ut cum dilecti vox audiret, ut quae pro famosiore significatio stare debeat, de Christo sermonem fieri intelligendum sit. Immo ausim dicere, ipsum solum esse dilectum a Patre: nam licet revera iusti, et sancti viri a Deo ingenti amore diligantur, tamen cum non diligantur ab ipso nisi propter Christum, et in Christo, ut docet divus Paulus (1. Cor. 1), magis certe ipse Christus diligitur in eis, quam ipsi diligantur. Secundo dilecti nomen iustitiae Christum decet, quia per multa repleta saecula ab omnibus creaturis vehementer dilectus fuit. Angeli ab exordio non solum dilexerunt, sed et eum adorantur, iuxta illud Pauli (Heb. 1): *Et cum iterum introduceret Filium suum in orbem terrarum, dixit: Et adoret eum omnes angeli eius*. Homines etiam vitae integritate insignes tam in lege naturae, quam scripta singulari amore illum propeccati sunt, ut Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, David, et alii penè innumeri, qui in argumentum amoris variis usi fuerunt sacrificiis, quae velut expressae quaedam imagines Christum Dominum ad vivum exprimebant, ostendentes in hoc gratam esse sibi imaginem, ut amantibus consuevit in prototypi absentia. Unde crediderunt, quod sicut Ioannes in sua Apocalypsi Christum Dominum agnum occisum ab origine mundi appellavit, etiam Agnum dilectum ab origine mundi vocitare potuisset. Quod si ad viros, qui in lege gratiae Christi ardentissimo amore flagrant, mentis aciem convertere velimus, audiamus Sponsae verba in Canticis, Apostoli Pauli (in Epist. ad Rom.). Ignatis (in ea quam ad eundem scripsit), quorum ardentissima verba amoris flammam, quibus exaestuabant, apertissime detegunt. Quid de virginibus, et martyribus dicam, qui Christi amore capti vincula spreverunt, et sanguinem suum pro eius honore libentissime profuderunt? Et quidem non pauci, sed adeo innumeri, ut Ioannes, tametsi arithmeticos non ignarus, dicat (Jo. 7): *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat*. Tandem erga Christum amor adeo exarsit omnes accendit, ut et insensibiles eodem pondere naturae, quo se metaphorice amant, sanque conversationem appetunt, in Christum Dominum ferantur, in quem omnes illae sunt a Deo ordinatae, ut testatus est Paulus (1. Cor. 6), dicens: *Omnia propter eum*. Unde factum est, quod sol in coelo, et saxa in terra non secus ac si rationis participes essent, propter mortem Christi doloris indiem exhibere. Sed caliginosis tenebris aeternae obscuravit, saxa ad invicem se collidentia fragorem quasi clamorem emiserunt. Sed liceat mihi, Pater aeternae, te interrogare, cur affirmas Christum tibi placere, tibi que dilectum esse? an non vides hos illi coniunctos, eiusque membra esse? oblivioni ne tradidisti, quod in ipse, ut ait Isaias, iniquitates omnium nostrum in eo posuisti (Ps. 33): *Namquid adhaeret tibi sedes iniquitatis; ut Davidicis verbis utar? Equidem tantus est in*

Filius Patris amor, ut hanc amoris abyssum iniquitatum nostrarum abyssum invocare, non excicare possit. Pluit certe in Filium amor, quasi flammis impetus, quem scelera nostra minime retardare possunt: tantus est odor Filii, ad instar odoris agrum pleni, ut de quibus doluimus iniquitatum, pessilientem atque excorandum odorem penitus sopiat, ne Dei olfactum offendant: tanta est Filii claritas, tantus Christi splendor, ut tenebras peccatorum nostrorum facili negotio evanesco faciat. Si ergo omnium nostrum iniquitates robur non habeant, ut benevolos Dei Patris oculos a Filio avertere queant, cur ego peccator timeo, si in Christo reperio? Certus sum, quod si illi unitus invenio, non mihi meae, quarum poenitet, nocent iniquitates. Illud autem silentio praetermittendum non censeo, tria haec non absque speciali sacramento in Christi baptismo concurrere, Patris vocem, Spiritus sancti columbam, et in Iordanis aqua corporis Christi ablutionem, sed ut indicaretur videlicet, in baptismo sanctissimae Trinitatis fidei professionem fieri debere: erat enim Christi baptismus baptismi a Deo instituti simulacrum quoddam, ac expressa imago. Materia eius elucet in aqua Iordanis. Forma cum invocatione sanctissimae Triadis, Patris, Filii, et Spiritus sancti, salis superque innotuit in Patris voce, Filii praesentia, Spiritus sancti descensione in forma columbae. Triplex etiam baptismi effectus egregie ibi adumbratus fuit: nam sicut Christus Dominus Iordanis aqua ablutus fuit, et Spiritus sanctus in eum descendit, et coeli ei aperti sunt; ita recens baptizati interior aqua divinae gratiae abluntur, Spiritum sanctum re ipsa recipiunt, qui speciali ratione in eos habitare incipit, ac tandem coelos, quos peccatum obtulerat, meritum Christi reserat. Unde Sponsus in Canticis iuxta expositionem Glossae, loquens de baptismatis gratia regeneratis ait (Cant. 4): *Dentes tui sicut greges tonsurarum, quae ascendunt de laeacro.* Illi enim sunt, de quibus verba Ioannis non incongrue intelligi possunt, *Laverunt stolae suas in sanguine Agni.* Porro reliquum est, antequam finem dicendi faciam, hoc loco verba illa Ioannis elucidare: *Ipsae vos baptizabit in Spiritu sancto, et igne.* Ex illis enim perperam haeretici Hieroniani, et Seleuciani inferrebant, sacramenti baptismi materiam non solum aquam, sed et ignem patere esse. Unde quoties aliquem baptizabant, non solum abluebant, sed candente ferro signabant, ut mancipiis fieri solet; et in hoc sensu verba illa divi Pauli interpretantur: *Ego enim signata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto:* nam verbum, *signata*, secundum graecum idioma signum candenti ferro impressum significat, ut tradit divus Thomas (in *com. huius loc.*). Haec aiebant, divum Paulum velut Christi mancipium exteriora signa gestasse, quae servitutem eius erga Christum indicabant. Verum explosa commenditia hac interpretatione, verba divi Pauli nihil aliud sibi vindicant, quam quod paupertas, nuditas, fames, vincula, cetera, convicia, opprobria, quae propter Christum patienter perfererat, quasi insignia, et

stemma clarissima sibi essent, per quae cunctis se Christi discipulum esse innotescerat. Ad expositionem tamen loci divi Ioannis redeamus: *Ipsae vos baptizabit in Spiritu, et igne,* divus Cyrilianus (in *hunc locum*) nomine ignis tribulationem intelligit, quae velut ignis iustum exurens puriorem reddit. Divus Basiliius (lib. 11. *sup. Matth.*) exponit de verbo illius, quod veluti ignis ardens audientium corda inflammavit, ut experti fuere discipuli illi, qui dixerunt: *Nonne cor nostrum erat ardens in nobis, dum loqueretur nobis in via?* D. Hilarius (ser. 2. *de Baptis.*), Ioannem loquutum esse a tumat de igne extremi iudicii, de quo regius Vates: *Ignis ante ipsam praecedet.* D. Ioannes Chrysostomus (in *hunc locum Ps. 96*) intelligi debere existimat de igne, qui descendit in die Pentecostes, quo Christi discipuli solaribus radiis puriores redditi sunt. Verum etsi omnes haec expositiones minime abiciendas, sed venerandas sentiam, liceat mihi interpretari, d. Ioannem sub nomine *aquae, et ignis*, duplicem baptismum designasse, Christo Domino adscribendum: primum aquae universalioris, qui tam ad adultos, quam ad infantes, et alios rationis usa a natalitate privatos late extenditur; alium vero singularem, a Theologis vocatum baptismum flammis, paucioribus concessum, cum divini amoris igne inflammati, de peccatis dolent propter Deum summo dilectum; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

*Explicantur varia, ac multiplices eruditione, tam ex rebus naturalibus, quam ex humanis, et divinis litteris mysteria recondita in descensu Spiritus sancti sub specie columbae.*

Hodie impletum cernimus illud Isaiæ (c. 61): *Spiritus Domini super me, eo quod auerit me, ad evangelizandum pauperibus misit me.* Et quidem si in Adam veterem inspiravit Deus spiraculum vitae, ut esset in animam viventem; multo praecellens Pater aeternus inspiravit in Iordane in Filium Spiritum suum, ut sit in spiritu vivificantem: non quod in suo Dominus baptismo novo quodam spiritu plenus fuerit, etenim ab instanti suae incarnationis plenissimus erat, sed quod ita testari voluerit Deus omnibus hominibus, Christum plenum esse columbino spiritu: et alios miraculos effectus per columbae proprietates adumbratos, in iustificationis ab Spiritu sancto causari, ut magni illi Patres, Hieronymus, et Augustinus, quos sequenti docent: itaque propter egregias, ac laudabiles proprietates, quibus hoc animal praeceteris viget, voluit Spiritus sanctus in columbae specie descendere. Diabolus Evae apparuit in serpentis forma: sic enim qualis sit diabolus, qualis etiam sit Spiritus sanctus, nobis

claritus innotescit. Diabolus quidem serpens callidissimus, ac saevissimus: Spiritus sanctus mitissimus, et velut columba omni felle carens. Sumpsisset quidem tartareus hostis placidum, et grati alicuius animalis effugium, si Deus ei permisisset; at tamen non permisit, ut divus Augustinus (lib. 11. *de Genesi ad litt.*) docet, his verbis: *Non debemus opinari, quod serpentem diabolus elegerit; sed cum esset in illo decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permissus est.* Par enim erat, ut inter instrumentum, et eius motorem debita proportio servaretur. Motor erat saltem versutus, et veneno peccati plenus: instrumentum quoque serpens fuit callidus, et venosus. Columba autem, ut instrumento suae diabolicae nequitiæ uti, non decessu tradit sapientissimus Hugo Victorinus (lib. 1. *de sacra. p. 7. cap. 2*) in haec verba: *Furtassis si permissus fuisset diabolus, in forma columbae venire voluisset: sed hoc eas Spiritus sanctus sibi reservavit, quia profecto dignum non erat ut spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua postmodum ipse Spiritus sanctus apparere debet.*

Porro antequam varias columbae proprietates referamus, et elucidemus, utpote praesenti argumento valde consentaneas, operae pretium duxi prius praemittere, columbam olim in tanto honore habitam, ut teste Xenophonte, Babylonici tanquam rem sacram eam colerent, nec non Assyrii, et Palaestini, ut cecinit Tibullus: *Quid referam ut volitet crebras intacta per urbes. Alba Palaestina, sancta columba Syro?*

Diodorus etiam Siculus (lib. 3) scribit, fabulosos quosdam auctores esse, Semiramidem Assyriorum reginam in columbam esse conversam. Quo factum est, inquit, ut Syri id verum existimantes, columbam, ut Deam colerent, immortalam reginam arbitrati. Xenoph. (lib. 1. *de exp. Cyri minoris*), paulo ante libri medietatem: *Amis, ait, Chalon, huius latitudo est passuum 20. magnis, ac mansuetis piscibus est refertissimus, quos Syri sacrosanctos habent, easque violare aequo, ac columbas nefas putant.* Hinc recens quaedam emanavit interpretatio illius (Ps. 67): *Si dormitas inter medios ceros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi eius in pallore auri; id est, etsi instar dormientium signis, et languidi inter medios hostium turmas degas, Palaestinis tamen timori eritis, ac religioni, non secus ac alba columba, cuius plumas nullis eorum audeat evellere.* Verum simplicior, et probabilior sensus est, ceros sumi eo loco pro sortibus Israelitarum: ceros enim graeco sortem significat. Appellatur autem cerus, sive sors Terrae promissionis pars, quae cuique Tribui sortis obvenit: unde d. Petrus Ecclesiam appellavit ceros, id est sortes Dei: *Non dormitantes, inquit, in ceteris, id est Ecclesiis: et (Gen. 49) dicitur: Issacharius fortis accubans inter terminos, id est accubans, sive quiescens inter medios ceros, id est inter medias sortes Palaestinae.* Ail ergo David: *Si dormitis, vel dormieritis, ut verit Hieronymus, id est, si quiescatis, vel quies-*

veritis inter medios ceros, id est in medio sortitae Terrae promissionis; si in illis quiete habitaveritis, poenae columbae erunt deargentatae, id est candidissimae, dorsumque illius aurum, hoc est dives erit populus, argenteo, atque abundans, felix, et similis columbae argenteo candore praesiant, aureoque dorsi pallore pulcherrimae, in suo habitatu columbario. De Ecclesia vero hic est sensus. Si in Ecclesiam Messiae regis per baptismi Iannam ingrediimini, atque in ea conquiscaitis, similis fiet per fidem charitate rutilantem anima columbae innocentissimae, felle carens, ac pulcherrimae, cuius nonne candore candidum argentum, posteriora vero dorsi, et pallore aurum imitantur. Qui extra Ecclesiam sunt, corvi sunt: corvus enim (Genes. 8): *Egredietur, et non revertetur;* ita haeretici instar corvi illius, extra arcam telerrimis haereseon alis evolant, ex Ecclesia egrediuntur, et multi non revertuntur. Qui intra Ecclesiam sunt, et gratia Dei illustrantur, columbae sunt, quarum pennae sunt deargentatae, et posteriora dorsi auro colore rutilant. Alios loci huius sensus nunc omitto, licet sit solus, utpote huic argumento consentaneus. Nonnulli existimant Nabuchodonosor Babyloniorum regem columbae effugium in vexillo pictam gestasse, id quod ex his verbis colligitur (Hier. 25): *Facta est terra eorum in desolationem a facie irae columbae, id est a facie exercitus Nabuchodonosor.* D. Hieronymus hoc loco: *Non mirabitur, inquit, columbam Domini intelligi Nabuchodonosor, qui supra eodem capite cum vocari seruum Domini legerit.* Cur autem columba dicatur, non reddit rationem. Hugo vero Cardinalis inquit: *Fortè ideo, quia in vexillis Nabuchodonosor, et exercitus eius erat signum columbae depictum.* Simili modo loquitur Hieremias (cap. 46): *Ceciditque eir, et reversatur ad populum nostrum, et ad terram natiuitatis nostrae, a facie gladii columbae.* Quo loco scribit Lyranus a facie columbae, id est exercitus Chaddarorum, sic nominati, quia in antiquo eius vexillo erat signum columbae, ut expositores nostri dicunt. Non inficior tamen, quod aliquando gladius Persarum gladius columbae appellatur, iuxta illud Hieremiae: *Disperdet satorum de Babylonie, et tenentem falcem in tempore messis.* Quo loco agit Propheta de expugnatione Babylonis. Unde perinde est, ac si dixisset, disperdit eo Persae, ipsos etiam agricolas, et messores Babylonis a facie gladii columbae, scilicet Persarum. Sed retenta priori expositione, alia inde supra explicati loci explicatio in hunc modum deducitur. Esi dormitatis inter medios hostium terminos, et columba deargentata, et aureis pennis in hostium vexillo picta vos aduertat, tamen Dominus speciei domus, id est ad pulchritudinem domus, dabit domum dividere spolia. His premissis, ut ad id, unde nomini huius digressi sumus, revertamur, non ob aliam rationem in tanto honore habitam fuit olim columba, quam ob multitudinem mirabilium proprietatum, quae in illa eminent, quarum quidem licet varii scriptores varias, ac multiplices commemorent, omnes fere tamen ad eas,

quas modo subiciam, facile revocari possunt. Est in volatili perseverans, et constantissima, gemitum pro cantu habet, mirifice est benevola, et milissima, meliora grana seligit, putrida respuit, integra deglutiit, sed de subter terram non illa extrahit. Dissimilis in hoc valde gallinae, quae unguibus terram quatit, si forte conspiciantur sibi latentes cibum reperiat. Quando grana sumit, oculos ad coelum levat. Unde dicitur ad Ephesios primo, quod Christus tradidit semetipsum, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut aliquid huiusmodi, lavans eam lacero aquae in verbo vitae; et ideo convenienter Spiritus sanctus in baptismo demonstratus est in specie columbae, quae est animal amicabile, et gregale; hactenus divus Thomas.

Ceterum, quia omnes, et singulas columbae proprietates longiori sermone prosequi, nimium nos compelleret in hoc genere argumenti immorari, de nonnullis tantum latius disseremus, reliquas brevi oratione perstringentes. Ex praedictis proprietatibus eam, cuius Christus Dominus meminit, primo loco adscribere placet, simplicitatem scilicet, *Estote simplices, sicut columbae*. Bifariam haec simplicitas intelligi potest. Primo, ut cum Euthymio, et Theophylacto dicamus, simplicitatis argumentum in columba esse, quod quavis saepe saepius dominus ab ea pullos surripit, tunc a columbario eius aufugiat, nec domicilium illud mallet: imo molestias illatae omnino oblitus, iterum, atque iterum novos suo domino progenerat filios. Hic sane proprius est Spiritus sancti effectus: nam cum essentialiter, et personaliter ipse sit amor, proximi amorem, iniuriam oblivione infundit. Hanc solo lumine naturae rationi consentaneam adeo indicavit Alexander, Plutarchus id referente, ut subditum quandam perperam de eo loquentem multis muneribus cumularit, quibus gratiam eius adeo conciliavit, ut, qui antea fuerat eius obtractator, postea in laudem eius orator fieret: unde Alexander, id agnoscens, dicebat: *Haec est gloria Alexandri, inimicos reddere amicos: et idem Plutarchus (in apophthegmatibus) refert, quod cum quidam juvenis ira percutus contra Lycurgam et oculum erueret, Senatus Lycurgum illum tradidit, ut ex propria sententia, et ad libitum illatae iniuriae instam de illo vindictam surumeret. At ipse in donum suum illum recipiens aluit, bonis moribus imbutit, et postea in virum alterum mutatum, et Senatui illum remisit, certiorum eum faciens, non aliam, quam illum ab inimico desiderasse vindictam. Unde in proverbium abiit: *Vindicta Lycurgi*. Haec gentilitium hominum mansuetudo, et iniuriarum oblivio aperte condemnatae feratas quosdam Christianorum hominum animos, inimici vindictam adeo silientes, et tenacius, quam lupus in ovem, inimicitiam conservent. Refert Aelianus (in suis Emblematis), inter haec duo animalia dicituram, ac perseverantem adeo inimicitiam esse, ut etiam ipsi pereuntibus, ipsa non pereat, ut experientia compertum est. Nam insonante tympano ex lupi pelle confecto, reliqua ex ovina pelle contexta raucescunt, et quasi sonito pri-*

et reconciliatio ad Deum. Columba enim est animal mansuetum, et ideo, sicut Chrysostomus dicit (homilia 12. in Mattheum), in dicitio apparuit hoc animal, ramum ferens olivae, et comminans orbis terrarum tranquillitatem annuntians. Et nunc etiam columba apparet in baptismo, liberatorem nobis demonstrans. Quarto apparet ad designandum communem effectum baptismi, qui est coniunctio Ecclesiasticae unitatis. Unde dicitur ad Ephesios primo, quod Christus tradidit semetipsum, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut aliquid huiusmodi, lavans eam lacero aquae in verbo vitae; et ideo convenienter Spiritus sanctus in baptismo demonstratus est in specie columbae, quae est animal amicabile, et gregale; hactenus divus Thomas.

Ceterum, quia omnes, et singulas columbae proprietates longiori sermone prosequi, nimium nos compelleret in hoc genere argumenti immorari, de nonnullis tantum latius disseremus, reliquas brevi oratione perstringentes. Ex praedictis proprietatibus eam, cuius Christus Dominus meminit, primo loco adscribere placet, simplicitatem scilicet, *Estote simplices, sicut columbae*. Bifariam haec simplicitas intelligi potest. Primo, ut cum Euthymio, et Theophylacto dicamus, simplicitatis argumentum in columba esse, quod quavis saepe saepius dominus ab ea pullos surripit, tunc a columbario eius aufugiat, nec domicilium illud mallet: imo molestias illatae omnino oblitus, iterum, atque iterum novos suo domino progenerat filios. Hic sane proprius est Spiritus sancti effectus: nam cum essentialiter, et personaliter ipse sit amor, proximi amorem, iniuriam oblivione infundit. Hanc solo lumine naturae rationi consentaneam adeo indicavit Alexander, Plutarchus id referente, ut subditum quandam perperam de eo loquentem multis muneribus cumularit, quibus gratiam eius adeo conciliavit, ut, qui antea fuerat eius obtractator, postea in laudem eius orator fieret: unde Alexander, id agnoscens, dicebat: *Haec est gloria Alexandri, inimicos reddere amicos: et idem Plutarchus (in apophthegmatibus) refert, quod cum quidam juvenis ira percutus contra Lycurgam et oculum erueret, Senatus Lycurgum illum tradidit, ut ex propria sententia, et ad libitum illatae iniuriae instam de illo vindictam surumeret. At ipse in donum suum illum recipiens aluit, bonis moribus imbutit, et postea in virum alterum mutatum, et Senatui illum remisit, certiorum eum faciens, non aliam, quam illum ab inimico desiderasse vindictam. Unde in proverbium abiit: *Vindicta Lycurgi*. Haec gentilitium hominum mansuetudo, et iniuriarum oblivio aperte condemnatae feratas quosdam Christianorum hominum animos, inimici vindictam adeo silientes, et tenacius, quam lupus in ovem, inimicitiam conservent. Refert Aelianus (in suis Emblematis), inter haec duo animalia dicituram, ac perseverantem adeo inimicitiam esse, ut etiam ipsi pereuntibus, ipsa non pereat, ut experientia compertum est. Nam insonante tympano ex lupi pelle confecto, reliqua ex ovina pelle contexta raucescunt, et quasi sonito pri-*

vantur: *inter seque lupi se ab ovem, imbutit eam* (in Emblematis). *Ab ovem illi lupus mactat*. Cetera mutescent, corumque silebit ovillum. *Si confecta lupi tympana pelle sonent*. *Ischia quibus colunt ovem: hoc ovem non imbutit*. *Initius efferae antipathiae, heu, plures video inter nos participes; qui ad vocem inimicum laudantis obmutescunt: inumo eo processit non simul inter hostes exorta inimicitia, quo inter lupum, et ovem odium nunquam pertingit: nam, et refert Sabellicus (decade 1. lib. 7), cum Polynices, et Elheocles, se multo purgione confodissent, et in ardentem rogam postea iniecti fuissent, pristinae inimicitiae lenaces adeo existerent, ut flammae quibus eorum corpora comburebantur, ad invicem divisae cernerentur, quasi odio unione, symbolum amicitiae habentes. Divus Paulus (ad Rom. 12) languam Christianae militiae veteranus miles, Polynices, et Elheocles, emulatores, ut de inimico triumphet, hoc praesentissimum exhibet remedium: *Vincet in bono malum: si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbonem ignis congeres super caput eius*. Noster Lyranus explicans hunc locum ait: *Congeres occasiones accendendi ignem dilectionis in eo: et addito ad glossam eiusdem Lyranus: *Induces, inquit, ad poenitentiam de malo, quod tibi fecit, aut facere tentavit*. Utraque expositio ad eundem tendit scopum, et ex fideione Plutarchi (in Apophthegmatibus), nonnulli videntur illustrari posse. Ait enim inter solem, et ventum aquilonem ortam fuisse contentionem, quis prius altero viatore vestibus expoliare posset: coepit ventus aquilo pedestrem viatorem vehementer impetere, ut fere galerus e capite, et pallium ex humeris decideret; quanto tamen ipse acrius flabat, tanto viator diligentius galerum capiti, et pallium scapulis aptabat, et tenacius illud apprehendebat; unde non ventus aquilonem sed viator, sed viator de aquilone victor evasit. Sol autem postea potentiam suam essentians, coepit ardentis suis radios viatori immittere, quibus adeo ille, etiam incallescere coepit, ut ad depedendum pallium cogeretur, deinde invalescente solis calore, et illum acrius vexante, exteriori tunica, et thorace se expoliavit, atque hoc modo Phoebus de aquilone viatorem reportavit. Narratio haec tametsi vera fabella sit, Paulinae doctrinae veritatem confirmat, dum docet, inimicum non irae, et vindictae aquilone flante, non iniuriam, et contumeliosius verbis, sed beneficiorum calore illum fovente, facile vinci, ac superari. Quam doctrinam, ut doceret nos Spiritus sanctus, voluit in columbae specie comparere: nam cum animal hoc felle careat, ut tradit glossa (super caput primum Canticoorum) et benevolum sit, et molestias sibi illatas oblivioni penitus tradat, recte per columbae naturam, et ingenium, praedicta omnia spiritaliter designantur.**

Secundo modo columbae simplicitatem explicare possumus, secundum quod vulpinae dupliciati opponitur, quam divus Paulus suadebat, dicens (1. Cor. 3): *Non in fermento malitiae, et nequitiae, sed in azymis sinceritatis, et veritatis*. In quo sensu simplicitas, et spo-

cialis, et proprius est effectus Spiritus sancti, quem Christus Dominus Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, vocitavit: unde hominem fictum, et hypocritam valde ille detestatur, ut his verbis docuit Salomon (Sap. 1): *Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu*. Cum enim fictio, et hypocrisis quoddam mendacii genus sit, veritati ex diametro oppositum, necesse est Spiritum veritatis fictum hominem valde execrari. Divus Gregorius Nazianzenus (in quodam orat. funebr.) hypocritam comparat feminae turpi, quae, ut se pulchram reddat, fugo utitur. Apta sane comparatio: nam sicut illa, ut vultus turpitudinem legat, pigmentis eum colorat, ut pulchritudinem, quam revera non habet, ostentet; ita hypocrisis factae sanctitatis fugo, et turpitudinem suam legit, et apparentem sanctimoniam, cum vera omnino careat, venditat. Atque hoc mirifice facit, quod divus Gregorius (super cap. Iob 39), necnon Theophylactus patriarcha Antiochenus ibidem, explicantes verba illa: *Pennis struthionis similis est pennis herodii*, observarunt, tam struthionem alas persimiles habere alis velocissimae omnium avis herodii, alio nomine vocati ardeae, ut David, eius velocitatem deonatus, reliquarum avium ducem illum vocavit: *Herodii domus dux est eorum*. Aium tamen hi Patres, quod struthionis pennas herodii pennis persimiles habeat, alius evolare minime potest, adeo ut a terra nec per palmum erigatur: unde pennae illae non ad volatum, sed ad ornatum polnis ei conferunt. Perpulchre haec avis hypocrisis adumbrat, quorum quidem pennae persimiles sunt Sanctorum pennis, hoc est, opera eorum iustorum gesta imitari videntur: orant, sacris intersunt, elemosynam largiuntur, immo et Eucharistiam frequentant: sane istae pennae videntur ad volandum, revera tamen non ad volatum, sed ad ornatum, et ad sanctitatem simulandum illis utuntur, cum licet extrinsecas agat, intrinsecus lupi rapaces existant, et cum exterius usque ad tertium caelum per contemplationem cum deo Paulo rapi videntur, attamen reipsa libidinosae carnis pondere gravati, terrenisque affectionibus adhaerentes, a terra non minimum quidem elevantur. Secundum, quod observant praedicti Patres in commentario huius loci, est, quod praedicta non per palmum confertur, expropter struthionem alius evolare non potest, quia tametsi pennis non careat, illae curvae, et breves, carnis autem moles magna sit: unde cum alas habeat ponderis quod depinit, quam plurimum levitatis, quae elevat, et erigit; hinc est, quod sursum volitare non potest, sed terrae quasi fixus haerere cogitur. Non dissimiliter hypocrisis coningit: cuius cum aere devotivis, utpote Apparitis, et non aere, sint brevissimae, interioris vero malitiae pondus grave: haec gravitate praepeditus, imo depressus semper facit. Tandem cum divinus hic Spiritus duplicitatem, et fictionem valde execratur, iustus, quibus illabitur, ut inter alia edocet, ad inter inferiorem, et exteriorem hominem summa sit conformatio, ut non obscure Salomon signifi-

cavit, cum de muliere illa forti, iusti animam adumbrante loquens, dixit (Prov. 31): *Quaerit lanam, et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Linum, satis constat, ad interiorum tunicam; lanam vero ad exteriorum pertinere. Unde perinde fuit ac si diceret, mulierem illam fortem interiori, et exteriori sanctitate conspicuam esse; quod et sequentia quae subdit verba, satis explicant; *Et operata est consilio manuum suarum.* Videtur quidem consilium opus intellectus esse, non manuum. Sane si vera fuisset quorundam philosophorum sententia, qui existimant, quod habitus, seu dexteritas manus in exarandis characteribus, depingendis imaginibus, et pulsandis musicis instrumentis sunt habitus quidam ipsi manui inhaerentes, qui illam non secus, ac habitus intellectuales intellectum expeditiorem ad suas operationes reddunt; posset quispiam arbitrari, operari consilio manuum suarum significare, operationes elicatas ab illis habitibus in manibus ipsas sedem habentibus: tamen planius, et verus sensus est, animam iusti non esse in suis operantibus, ut ita loquar, quasi divisam, ut alio cordis intento, alio manus operatio tendat: servat enim conformitatem exteriorum cum interiori homine, ad quam significandam Salomon continet consilium, opus internum, cum externo manuum opere, dicens, mulierem illam fortem operatam fuisse consilio manuum suarum. Quamvis non inficior, posse intelligi haec verba de prudentia dirigente operationes, vel de sanctitate non solum theoriae, sed ad praxim reducta. Quidquid tamen horum sit, semper elucet in muliere illa forti mira conformitas exterioris conversationis cum interiori mentis conditione.

Plinius, Aristoteles, et s. Isidorus, et permulti alii inter columbae proprietates commemorant, quod gemitum pro cantu habet, unde ab omnibus vocatur gembunda. Hunc etiam proprium esse Spiritus sancti effectum, ut quos inhabitat, gembundas reddat, disertis verbis dixit d. Paulus (ad Rom. 8): *Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, postulare facit, ut omnes interpretes exponunt.* Movet enim ad fetum, ad dolorem, et contritionem peccatorum, de qua Salomon loquens ait (Prov. 14): *Cor, quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscerit extraneas.* Glossa ordinaria, et noster Lyranus per cordis amaritudinem intelligunt hoc loco peccatorum contritionem. Unde d. Ambrosius per lactucas amaras, quibus olim agnus commendendus praecipiebatur, dolorem de peccatis intelligit. Verum nullius rei amaritudo melius, quam felis, contritionis naturam exprimit: nam in primis, sicut fel ad erueudas maculas panis, experientia id comprobante, confert; ita contritio maculas cordis delet; et sicut potissima ratio, ob quam fel tanta amaritudine viget, e quidem est, quod excessivum calorem habet, qui cum bili connectas, nimiam alaram amaritudinem causat; ita contritionis amaritudo non alunde ortum habet, nisi ex ardente calore divini amoris, et ex bili, et ira, quam peccator contra se ipsum concipit: contritio enim est dolor de peccatis propter Deum sum-

me dilectum, qua de se ipso peccator vindictam sumit. Et sicut fel, prout anatomistae, et medici testantur, in vesica illa, in qua residet, duplicem habet aditum, seu duplex officium, per quod ad varias partes effluens communicatur: expulsivam enim adiuvat ad nocuos humores foras mittendos, stomachum vero ad melius, et citius alimentum digerendum; non dissimiliter contemplari licet voluntatem veluti vesicam, et receptaculum, in quo contritionis fel residet, cuius haec est natura, ut quatenus dolor de peccatis est, nocivos animae humores foras expellat; ut vero firmum, ac efficax non reincidendi propositum includit, iuvat non parum ad eas difficultates digerendas, quibus anima a bono delerri, et avocari solet. Et sicut fel imatam habet virtutem visum clarificandi, ut Raphael angelus Tobiae revelavit, dicens (Tob. 6): *Fel valet ad ungendo oculos, in quibus fuerit albugo*: ita contritio est veluti quoddam coeleste animae collyrium, quod caecitatis cataractas, quae Dei, et sui cognitionem impediunt, facile expellit. Licet enim contritio in voluntate sedem habeat, et non in intellectu, illum tamen movet, et stimulat, et imperio suo ad meditationes earum rerum, quae illum illuminare valent, divina gratia adiuvante, efficaciter applicat. Hinc est, peccatorem poenitentem ob huiusmodi cognitionem, honorem, divitias, voluptates velut stercora reputare, et cum Apostolo (Philipp. 4) dicere: *Omnia ut stercora arbitratus sum, ut Christum lucrificarem.* Et contra vero impenitens peccator, omnia illa quae a iusto pedibus conculcantur, ipse super caput apponit, iuxta illud Sapientis (Sap. 2): *Coronatus nos ros, antequam marcescant.* D. Ioannes (in sua Apocalypsic. 3) hanc contritionis virtutem ad albuginem animae sanandam profectum esse agnoscens, euidam Episcopo dixit: *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas.* Ne autem ignoraret, quodnam genus collyrii hoc esset, continuo, nullo verbo interposito, subdit: *Et ago poenitentiam.* Ut ergo significaret Spiritus sanctus, et proprium effectum eius esse, animam permovere ad poenitentiam, et contritionis gemitum, in forma columbae, quae gembunda est, descendere ei libuit.

Tertiam columbae proprietatem, utpote praerteritae persimilem iam subficiamus, non attendendam aut mutantes, quam ex divinis litteris: nam (Cant. 3) legitimus, pergratum illi esse iuxta aquarum fluxus versari: *Quae resident iuxta fluentia.* Per has enim aquas fluentes apte intelligi lacrymas ex dolore peccatorum ab oculis fluentes, de quibus sane non inepte dicam, quod olim Moyses de aquis (Gen. 1): *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Non ait super terram, quia terrena corda divinus hie Spiritus exereat. Non ait super aerem, quia superbiae nec inflatus odio habet. Non tandem ait super ignem, quia concupiscentiae igne ardentes sibi valde infesti, et ingrati sunt; sed solum ait, quod ferebatur super aquas, quia inundantes aquarum lacrymae dignum sibi praeparant habitaculum. Et contra vero spiritus malignus super terram fertur, terrenis affectibus deturpata corda inhabitans: super ae-

rem moratur; superbientium mentibus insidens: super ignem deambulat, in libidinis hominibus perpetuum domicilium habens; at super lacrymarum aquas ex contritione fluentes suffocari pertimescens nunquam fertur. Nec enim ignorat contra illum dictum esse (Psal. 13): *Contribulasti capita draconum in aquis: sicut enim Aegyptii in mari rubro naufragium passi sunt (Exod. 15): Submersi sunt in aquis vehementibus:* ita et daemones contritionis aquis suffocantur. Atque hinc liceat mihi ansam sumere ad Davidica illa verba, nostro argumento non parum consentanea, exponenda (Psal. 54): *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo?* Non postulat regius Vates pennas velut aquilae, licet velocissimae sint: quia cum aquila rapaces unguis habeat, et inimicas aves usque ad trucidationem insectetur, credulitatis symbolum est. Non petiit David alas milvi: quia cum milvus ad praedam sibi gratam capiendam suprema loca deserens, ad terram se deiciat, terrenos homines adumbrat, qui, ut honores venentur, omnibus se submitunt. Non efflagitat candidas cygni alas sibi dari: quia cum cygus sub candidis pennis carnem latenter gerat, expressa hypocritarum imago est. Rogabat ergo David pennas columbae sibi donari, quae circa aquarum fluentia frequenter residet; neque id absque singulari mysterio: nam, ut tradit Plinius (L. 10. c. 8), hoc est ingenium columbae, ut a rapacibus avibus se teneat, quod quando inimica avis praedam facit in terra, ipsa sursum ascendit pro aera; et contra vero si in aere praedari assuescat, ipsa in terram se demittit. Et hinc est, quod columba libenter iuxta aquarum fluentia residet, quia in illis, velut in fulgentissimo speculo, inimicae avis species, et figura imprimitur, quam ipsa intuens, et conditionem, cuius est, agnoscens, infestationem eius cavet. Unde Nicolaus de Lyra (in comment. super hunc loc.) propterea ait columbas libenter circa aquas circumversari: *Ut volantium avium umbras videant, et sic unguis vitent.* David igitur pennas columbae postulabat, ut quando superbiae lentatio, quae instar rapacis avis praedam in aere insectatur, insurgeret, ipse se humiliare, et in terram demittere nosset, terram, et pulverem se esse non diffitens; et quando lasciva, et libidinoso illum infestaret tentatio, quae instar rapacis avis in terra praedam facientis ad terrenas voluptates animam allicit, tunc columbae industria utens, pro orationem in altum se erigeret, Deum invocans in auxilium suum (Isai. 38): *Domine vin pator, responde pro me.* Hinc lacrymarum eximius fructus innolescit, cum iustus circa illarum fluentia velut columbis residens, Spiritus sanctus hanc ab infestissimis hostibus se tuendi industriam indiderit, quam David postulabat, dicens (Psal. 54): *Quis dabit mihi pennas, sicut columbae, et volabo?*

Quartam columbae proprietatem satis omnibus commertam esse arbitror: est enim mirum in modum munda, quod ex sacra Scriptura non obscure colligitur: nam, ut refert Moyses (Genes. 8), columba non inveniens ubi requiesceret, quando finito diluvio a Noe foras

missa fuit, reversa est in arcam, unde exierat: et ut observat historia Ecclesiastica, id fuit, ne se inquinaret, quia terra erat luto, faecibus, et cadaveribus spurcala; et hinc est, quod columba semper munditiae, et puritatis symbolum extitit. Quare super caput Christi descendens, puritate, quam Christus Dominus aquis impertiri venerat, ad purificandas animas, aperle praesignavit. Haec puritas est, quae dignum praeparat Spiritui sancto habitaculum; et ideo David multis in locis, ut eam sibi Dominus infundere dignaretur, enixe deprecabatur. Primo enim dicit (Psal. 50): *Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis:* quae verba, ut melius intelligantur, observare oportet, moris esse in sacris litteris, nomine cordis quod volentem designari; unde d. Paulus dixit: *Corde creditur ad iustitiam.* Ecce Apostolus vocat nomine cordis intellectum, cuius officium est credere; at Christus Dominus charitatis praecipuum in memoriam revocans, inquit (Iud. 5): *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Ecce voluntatem, cuius actus est amare, appellatam cor. Postulas ergo David cordis munditiam, eam pariter, quod ad intellectum, et ad voluntatem pertinet, nomine cordis intellexit: cupiebat enim intellectum purificari pro fidei illustrationem (Act. 25): *Fide purificas corda;* et voluntatem emundari charitatis igne: quia sicut ignis metalla purificat, ita amoris ignis animam coelo puriore reddit. His sic praebitis, prima expositio huius Davidici loci sit, quod David quarens cor suum, et non inveniens, quia Bethesdae pulchritudo illud sibi depraedata fuerat, ut et ipse fateretur, dicens: *Cor meum dereliquit me,* perinde est, ac si dixisset, cor meum discessit a me, et ad Bethsabee se transulit: nam, ut dixit Philosophus, anima plus est ubi amat, quam ubi animat: et clarus Oseas (c. 4): *Fornicatio, et ebrietas auferunt cor.* Cum ergo David corde proprio se spoliatum animadverteret, cordis restitutionem, et emundationem a Deo postulabat: ablatum fuerat immundum, volebat restitui mundum, dicens (Ps. 50): *Cor mundum crea in me Deus.* Secundam expositionem docet nos d. Basilus, qui explicans verba illa Isaiae (c. 45): *Dominus faciens pacem, et creans malum;* ait, tunc Deum dici malum creare, quod convertit illud in bonum, prout fecit in primi parentis peccato, ex eo occasione sumens, ut mitteret ad nos Filium suum humanam carne indutum. Unde Ecclesia catholica culpam illam felicem vocat, canens: *Felix culpa, quae talem, ac tantum meruit habere redemptorem.* In hoc ergo sensu dicit divus Basilus, quod eum David orabat, *Cor mundum crea in me Deus,* postulabat, ut impurum cor suum dignaretur convertere in cor purum, et mundum: sic enim convertebat malum in bonum. Tertiam alii adhibent explanationem, vim facientes in verbo illo, creare, quod in rigore theologico loquendo, est aliquid de nihilo producere, hoc est, nulla materia, forma, aut privatione praesupposita. Cum ergo ex una parte peccatum sit nihil iuxta expositionem divi Augustini (sup.

cap. 1. Ioan.) qui exponens verba illa divi Ioannis: *Sine ipso factum est nihil*, ait, *id est peccatum*; et ex alia parte peccata ad peccatum se convertens, ad nihilum conversatur, ut ipse David fatetur, dicens: *Ad nihilum redactus sum, et nescivi*: hinc est, quod David bonae philosophiae et theologiae non ignarus indicabat, inefficacem esse quandam spirituales, et mysticam creationem, in qua sicut in illa invenitur nihil, id est peccatum, quod velut terminus a quo, excludi, et expelli debet, et terminus ad quem, qui est puritas, et munditia cordis introduci; ideo sapienter utens verbo, creare, dixit (Ps. 50): *Cor mundum crea in me Deus*: sic enim postulabat expulsionem peccati, et introductionem gratiae animam mundantis. Insuper etiam David, utens verbo illo, creare, quod sicut in creatione nihil praesupponitur, cui iure iustitiae debeatur id, quod creatur, ita ex parte cordis, cum Spiritus sanctus illud per primam gratiam purificat, nihil sane praesupponitur, quantumcumque contritum sit, cui iure iustitiae primae gratiae infusio debita sit, alias gratia non esset, ut recte intulit divus Paulus ad Romanos scribens (ad Rom. 10): *Si autem gratia, iam non est operibus*, atque *gratia iam non esset gratia*. Quartam expositionem in eodem verbo, creare, fundare possumus. Nam inter alia in hoc praecipue differt secundum bonam philosophiam generatio a creatione, quod haec est productio totius entis, non illa in generatione enim semper praesupponitur materia, quae pars futura est rei generandae; rei vero, quae creatur, nulla pars praesupponitur, sed secundum se totam, et totalis fit. Cum ergo David animadverteret, omnes partes sui cordis infectas, et munditia carentes esse, postulabat a Deo cor quasi de novo creatum secundum se totum; ut nihil cordis haberet, quod novum non esset; et ideo dixit (Psal. 50): *Cor mundum crea in me Deus*. Perfinescebat sane David, quod si aliqua pars antiqui cordis sibi remaneret, forsam immunditia aliqua ibidem delitescerent; et ideo cor mixtum deprecabatur Deum, utens verbo, creare, quod totius rei productionem importat, ut novum totum cor sibi exhiberet. Secundus locus, unde David emundationis sui cordis sollicitam curam gessisse facile deprehenditur, habetur (Ps. 76): *Et meditatus sum nocte in spiritu meo, et exercitabar, et scopulam spiritum meum*. Cardinalis Caietanus legit, *Legebam cum corde meo*; quasi diceret, rationem petebam ei eorum, quibus assensus sum praebuerat, sive re ipsa executioni mandata fuissent, sive non: *Et scopulam spiritum meum*, id est verberabam angulum cordis mei. Glossa marginalis legit: *Excutebam spiritum meum*; ac si diceret, quasi a pallio pulvere excuti solet, ventium calparum pulverem a corde meo extequebam. Alii transferunt: *Scopulam spiritum meum*; quasi diceret, sicut faber lignarius scopulo tabulam superflua detrahendo a corde meo reddit; ita superflua cordis mei detrahebam, et quae aspera ibi videbantur, plana reddebam. Genebrardus transtulit: *Vexabam spiritum meum*, id est, quasi spongiam compri-

mebam cor meum; ut per oculos contritionis lacrymae effluerent. Glossa interlinearis legit: *Ventilabam spiritum meum*; quasi dicit, quemadmodum agricola granum tritici cum ventis, in altum egigit, et vento flante, granum a palea secerit; ita sursum ad Deum cor meum elevans, Spiritus sancti vento flante etiam leves culparum paleas, quasi ventilians, separabam, et sanctis cogitationibus cor imbuebam. Eadem versioni persimilis est alia, dicens: *Purgabam spiritum meum*: quod tanto animi conatu fecisse fatetur David, ut saepe pene animo deficeret: *Defecit spiritus meus*. Nec miremini fratres, totam hanc puritatem a vobis postulare divinum hinc Spiritum, ut in vobis inhabitet: nam cum ab aeterno assuetus sit in purissimo illo sinu Patris, et Filii egrediens, in locis immundis non requiritur; ita Spiritus sanctus sicut et sapientia Patris, in inquinatam animam non introibit. Tandem dicamus, quod, ut et ex alia singularissima columbae proprietate colligo, Spiritus sanctus super verticem capitis Christi descendit in specie columbae, ut significaret, Christum Dominum legatum esse a Deo Patre in mundum missum, litteras secum deferentem, quibus eius voluntas nobis innotesceret. Pro eius filio maiori intelligentia praemittere oportet, Plinium (lib. 10: cap. 37) tradere, quod columbae non semel interuacua fere in rebus magnis, ferentes secum epistolas ad pedes ligatas; cuius etiam meminit divus Ambrosius, relatis a Bercorio (in suo *reduc. mor.*); unde Plutarchus (lib. 10) ait, quod in obsidione Decimi Bruti columbae epistolas detulerunt. Nec mihi videtur Noe hoc columbae ingenium, et industriam ignorasse, cum inter tot, ac tantas avium species, quae in amplissima illa arca continebantur, nullam aliam elegit in interuacua terrae, et exploratricem, nisi columbam: illa enim egressa est, et impleta legatione rediit ad Noe, maneris sibi commissi rationem reddens, si non lingua, et voce, vere tamen ore, et rostro, viridem olivae ramum in eo deferens. Ut ergo significaret Spiritus sanctus Christum Dominum tanquam legatum a Patre missum, ut ipse testatur: *Ad evangelizandum mit me*; ideoque super illum in specie columbae descendit. Quid plura? Certe sicut, divo Ambrosio testante, contingere solet, ut dum columba, velut nuncius, litteras deferit, in itinere ab aucupe sagitta confoditur; ita Christus Dominus, dum legationis suae munere fungere, et reconcellationis litteras nobis afferret, clavibus confusus, et lancea confusus fuit; cuius in Urbe expressa praecederat figura, quod propter litteras, quas a David rege attulit, erudeller in praefato occisus fuit. Haec de proprietatibus columbae, quas polliciti fuimus factis pertractare: nunc de reliquis breviter, et compendiose dicamus. Sicut columba in foraminibus petrae nidificat, iuxta illud Hieronimi (e. 48): *Quasi columba nidificans in summo ore foraminis*; ita ille, in quo inhabitat Spiritus sanctus, in foraminibus plagarum Christi, quem petram vocavit divus Paulus: *Petra autem erat Christus*, libenter delitescit. Et si-

cut columba grana seligit meliora; ita iustus ad anteriora se extendens cum divo Paulo, ad opera maioris perfectionis avidus anhelat, implens illud eiusdem Apostoli consilium (1. Cor. 13): *Eligite charismata meliora*. Et quemadmodum columba, quae immunda sunt, execratur; ita et iustus, iuxta illud (Lev. 11): *Immunda non comedetis, neque tangetis*. Et sicut sanguis ex latere dextero columbae oculis medicinalis esse fertur, ita sanguis ex latere dextero Christi effusus Longini oculis non solum infernos, sed externos illuminavit. Et sicut, variis auctoribus id attestantibus, columba domesticior ab aucupe, et melle nutritur, et dulci hoc liquore rostro intincto dimittitur ad silvestres columbas, quae mellis suavitate attractae, illam usque ad columbarium concomitantur, vel in reti aucupis capiuntur; ita Deus Pater melle beatitudinis Filium suum ab instanti conceptionis emulsiens, iuxta illud Isaiae? *Dulcym, et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum*, misit illum ad columbas silvestres, ad huius scilicet saeculi incolas, qui dulcedine mellis, quod in ore ferretur, hoc est dulcoris aeternae beatitudinis per praedicationem eius illis promissae, sub Ecclesiae reti facile involvuntur, iuxta illud Ezechielis (e. 11): *Extendam super te rete meam, et capietis in sagena mea*, et usque ad coelestis paradisi columbarium ipsum sequuntur. Tandem si omnes columbae proprietates persequi vellem, prius me tempus, quam dicendi materia deficeret. Nam praeter omnes supra relatas, rerum naturalium auctores referunt, fe-

minam fidelitatem semper servare masculo; quae animae erga Deum sponsum suum fidelitatem manifeste adumbrat: quando bibit, caput non erigit, quousque totum, quod sibi sufficit, ebiberit; quod perseverantiam in bonis operibus non obscure docet: alias columbas errantes ad columbarium reducit; quod fratrum errantium correctionem clare designat. Masculus, quando femina non parit, eam percutit, ut citius pariat; quod curam, quam Praefati adhibere debeat, ut subditi eorum bonorum operum partus non differant, sed in eis, frequentius se exerceat, apte sciat indicat. Pullos geminos parit; quod geminos amores Dei, et proximi non incongrue significat. Deum ut finem iam dicendi faciam, si olim, ut refert Iustinus, cum aquila descendit super scutum Hieronis, aetatis illius philosophi felicissimi alicuius eventus praesagium esse valetissimum sunt, quod rei exitus probavit, quia postea regni sceptrum obtinuit: certe cum modo non aquila, sed Spiritus sanctus; non fortuito, sed summo consilio, et specialissima Dei providentia; non super scutum, sed super verticem capitis Christi descenderit; quae negabit felicissimos successus eo signari? Felicissimos quidem tam Christo, quam nobis: quia futurum erat, ut a fidelibus agnosceretur Patri, et Spiritui sancto consubstantiali, et nos columbarum simplicitatem, puritatem, mansuetudinem, et reliqua egregias eius proprietates ad imitationem Christi indueremus; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.